

esse, non corpora. (S. Aug., Epist. CXLVII, seu «de vi-  
dendo Deo Liber.» tom. II, fol. 615.)

Véase sobre esta misma materia San Gregorio Nazian-  
ceno, en su Orat. XXVI, con especialidad el principio y  
el fin de la misma, tom. I, fols. 397-405.—Orat. XXXIV,  
fólios 481-487.—Orat. XLII, poco despues del principio,  
fol. 603.)

Grande profundum est ipse homo, cujus etiam capil-  
los tu, Domine, numeratos habes, et non minuuntur in  
te: et tamen capelli ejus magis numerabiles sunt quam  
affectus ejus, et motus cordis ejus. (S. Aug.: *Confes.*, li-  
bro IV, cap. XIV, tom. I, fol. 702.)

**Misterios de la palabra: su debilidad para expresar los  
objetos intelectuales.**

Véanse los pasajes de San Agustín que hemos copia-  
do en la lección III de esta segunda parte, pág. 189.

Quæ enim animo et ratione intelliguntur, quamvis  
infinita nomina habeant (quandoquidem in unaquaque  
natione quamplurimis nominibus appellantur) tamen ex-  
tra omnem appellationem posita sunt: quoniam rerum  
earum, quæ animo intelliguntur, ad corpore vacant, no-  
men proprium nullum est. Quoniam enim modo vocari  
queant, quæ ne in conspectum quidem nostrum cadunt,  
nec humanorum sensuum instrumentis ullo modo capi  
possunt? (San Gregorio Nazianceno, orat. XLV, tom. I,  
fol. 638.) El Santo Doctor se ocupa en exponer las mis-  
mas observaciones en otros discursos; por ejemplo, en su  
oración XXXIV, tom. I, fol. 474.

Dei quidem jugiter meminisse, res pia est, et qua Dei  
amans animus nunquam exsaciatur: quæ vero sunt Dei,  
sermone prosequi audax ceptum fuerit; cum mens nos-  
tra longo intervallo à rerum dignitate absit, rursusque  
sermo obscure ac imperfecte intellecta exprimat. Itaque  
si intelligentiam nostram longe superet rerum magnitu-  
do, sermo autem ab ipsa intelligentia superetur, quomodo  
silere necesse non fuerit, ne forte theologiæ dignitas ex  
verborum tenuitate periclitari videatur? (S. Basil., ho-  
milía XV, *De fide*, n. 1, tom. II, fol. 130.)

Plerique acumine intelligendi vivaces existunt, sed  
loquendi inopia angustantur. (S. Isid. Hispal., *Sent.*, li-  
bro III, cap. X, n. 3, tom. II, fol. 102.)

Nam et mihi prope semper sermo meus displicet.

Melioris enim avidus sum, quo sæpe fruor interius; an-  
tequam eum explicare verbis sonantibus cœpero; quod  
ubi minus quam mihi notus est evaluero, contristor lin-  
guam meam cordi meo non potuisse sufficere; totum  
enim quod intelligo, volo ut qui me audit intelligat; et  
sentio me non ita loqui, ut hoc efficiam: maxime quia  
ille intellectus quasi rapida coruscatione perfundit ani-  
mum; illa autem locutio tarda et longa est, longeque  
dissimilis: et dum ista volvitur, jam se ille in secreta sua  
condidit. Quapropter conjiciendum est quantum distet  
sonus oris nostri ab illo ictu intelligentiæ, quando ne  
ipsi quidem impressioni memoriæ similis est. Nos autem  
plerumque in auditoris utilitatem vehementer ardentes,  
ita loqui volumus, quemadmodum tunc intelligimus,  
cum per ipsam intentionem loqui non possumus: et quia  
non succedit angimur, et velut frustra operam insuma-  
mus, tædio marcescimus atque ex ipso tædio languidior  
fit idem sermo, et hebetior quam erat, unde perduxit ad  
tædium. (S. Aug.: *De Catechizandis rudib.*, cap. II, to-  
mo VI, fol. 311.)

**Pensamientos del Nazianceno y de Pascal.**

Cæterum ducem potius fidem, quam rationem sequa-  
mur, si modo ingenii tui imbecillitatem in propiniori-  
bus didicisti, rationisque id esse cognovisti, ut quænant  
sin ea, quæ rationis humanæ captum excedant, cognos-  
cas: ne alioqui prorsus terrenus sis, rebusque terrenis  
immersus, ipsam quoque ignorantiam tuam ignorans.  
(S. Greg. Nazianc., orat. XXXIV, tom. I, fol. 493.)

**LECCION XXII.**

**Pensamientos y expresion.**

Talis doctor... in ipso etiam sermone malit rebus pla-  
cere quam verbis; nec æstimet dici melius, nisi quod di-  
citur verius; nec doctor verbis serviat, sed verba doc-  
tori... Verbis enim contendere, est non curare quomodo  
error veritate vincatur, sed quomodo tua dictio dictioni  
præferatur alterius. (S. Aug.: *De Doctr. christ.*, lib. IV,  
cap. XXVIII, tom. III, fol. 119.)

El pasaje de San Agustín sobre la excelencia de la



palabra que mencionamos en la pág. 114; está tomado del libro II *De la Doctrina cristiana*, y le hemos copiado en la lección I de esta segunda parte, pág. 184.

**Estilo: San Agustín y San Basilio.**

Stylus ferreus alia parte qua scribamus, alia qua deleamus, affabre factus est; et in suo genere pulcher, et ad usum nostrum accommodatus. At si quispiam ea parte scribere qua deletur, et ea velit delere qua scribitur, nullo modo stylum malum fecerit, cum ipsam factum jure vituperetur: quod si corrigat, ubi erit malum? (S. Aug.: *De vera Relig.*, cap. xx, tom. III, fol. 138.)

Stylus ejus (S. Cypriani) habet quamdam propriam faciem, qua possit agnosci. (S. Aug.: Epist. XCIII, n. 39, tom. II, fol. 340.)

Fieri enim non potest, nisi aliter atque aliter afficiant loquutum atque dicturum, ut sermo qui profertur, affectionis animi à quo profertur, quendam quasi vultum gerat. (S. Aug.: *De Catechiz. rudibus*, cap. xv, tom. VI, fol. 328.)

Verum illud malueram tuis nosse rescriptis, utrum mihi veniam quam poposceram dederis: quod apertius mihi intimari cupio; quamvis hilarior quidam vultus litterarum tuarum, etiam hoc me impetrasse, significare videatur. (S. Aug.: Hieronymo, Epist. LXXXII, n. I, tom. II, fol. 276.)

Agnovi epistolam tuam, velut qui amicorum liberos ex apparente in ipsis similitudine cum parentibus cognoscunt. (S. Basilius, Gregorio, Epist. II, tom. III, fol. 70.)

Imagines veræ animorum sunt sermones. Cognovimus itaque ex litteris. (S. Basil., Maximo, Epist. X, tom. III, fol. 90.)

Nam aquarum ribulus fontem suum indicat: sermonis autem natura pectus, unde emanavit, depingit ac de signat. (S. Bas.: Epist. CXXXIV, tom. III, fol. 225.)

Vidi tuum animum in litteris. Nam revera pictor nullus tam accurate corporis effigiem assequi potest, quam oratio mentis arcana exprimere. Nam et morum gravitatem, et honoris veritatem, et animi in omnibus sinceritatem apte nobis effinxit litterarum sermo. (S. Bas.: Jovino, comiti, Epist. CLXIII, tom. III, fol. 253.)

Plus enim quam gemini facti sumus, iis quæ à te scripta sunt perfruentes. Erat enim revera et tuam ipsius

intueri animam, velut in speculo quodam, ita in sermone relucentem. (S. Bas.: Ascholio, Episcopo, Epist. CLXV, tom. III, fol. 255.)

**El religioso silencio con que se oye al predicador es, segun San Agustín, una razon de más para que aquél se exprese con claridad.**

Véase el cap. x, lib. IV *de la Doctrina Cristiana*, del que hemos copiado algunas líneas en la lección XIII de esta segunda parte, pág. 256.

**Claridad: San Agustín, su doctrina y ejemplo.**

Censuró Cresconio á San Agustín porque llamaba donatistas y no donacianos á los partidarios de Donato: repuso el Santo que la costumbre, que es la ley en la materia, era llamarles donatistas, denominacion clara é inteligible. Burlóse luégo con mucha finura de que Cresconio en cuestiones tan graves se detuviera en la declinacion de un nombre cuyo significado carecia de toda ambigüedad; y recuerda la respuesta de Demóstenes á Esquines, cuando, habiéndole hecho éste algunos reparos sobre la pureza de su lenguaje, contestó aquel que los intereses vitales de la Grecia no dependian del acertado ó errado uso de una que otra palabra. Permítasenos con este motivo copiar una ironía, cuya finura y delicadeza no conocerá quien no tenga presente que Cresconio, para eludir el entrar en discusion con San Agustín, habia pretextado que la destreza con que el Santo Doctor manejaba la dialéctica y la elocuencia podria envolver á los sostenedores de una buena causa.

«Sed ego ea in re, in qua nihil causæ nostræ minuitur, me facillimum præbeo, et quando tecum ago, jam donatianos voco; quando autem cum aliis, consuetudinem potius sequor, quæ his sonis jure dominatur: tu tantum memento, me, cui tantam tribuisti eloquentiam, nondum nosse nomina declinare, et nuntia vestris securitatem, ne jam timeant tanquam dialecticum, cui vides adhuc necessarium esse grammaticum. (Contra Crescon., grammat., lib. II, tom. IX, fol. 468.)

Hemos dicho que San Agustín, á pesar de ser tan buen literato y humanista, quiere que el orador cristiano,



á trueque de ser claro, falte, si no lo puede evitar, á las reglas de la gramática, é invente términos nuevos, especialmente si derivan de los ya usados; y hemos añadido que el Santo Doctor puso en práctica esta doctrina en muchas ocasiones. Los pasajes que indicamos á continuación comprueban cuánto hemos asentado, y su lectura será muy agradable á los jóvenes.

*De Doct. christ.*, lib. II, cap. XIII, tom. III, fol. 44.—Lec. III, cap. III, fol. 67.—Lec. IV, capítulos VIII, IX y X, fol. 98.—*De Gen.*, cont. Manic., lib. I, cap. I, tom. III, folio 173.—Enarrat. in Psalm. xxxvi, serm. III, tom. IV, fol. 386.—In Psalm. L, n. 19, fol. 597.—In Psalm. cxxxviii, fol. 1796.—Serm. XXXVII, n. 14, tom. V, fol. 228.—Serm. CCXCIX, n. 6, fol. 1371.

La solitud con que San Agustín procuraba que sus oyentes le entendiesen, se ve en las palabras con que hemos concluido la lección XVII (pág. 83), tomadas del tratado XXIX sobre el Evangelio de San Juan, tom. III, fol. 1629.

San Basilio observa también que debe preferirse la claridad á la sonoridad de las palabras y á la elegancia de la frase. (In *Hexameron.*, hom. IV, n. 2, tom. I, folio 51.)

#### Caridad de San Agustín.

—Dico vobis, libero animam meam. In magno enim sum, non periculo, sed exitio constitutus, si tacuero. Sed cum ego dixero, et implevero officium meum, vos jam attendite periculum vestrum. Quid autem volo? Quid desidero? Quid cupio? Quare loquor? Quare hic sedeo? Quare vivo? Nisi hac intentione, ut cum Christo simul vivamus? Cupiditas mea ista est, honor meus iste est, gloria mea ista est, gaudium meum hoc est, possessio mea ista est. Sed si non me audieritis, et tamen ego non tacuero, animam meam libero. Sed nolo salvus esse sine vobis. (S. Aug., serm. XVII, tom. V, fol. 125.)

—Quando facimus ista cum gaudio? Quando videmus homines proficere in verbis Dei. Quando laborat cum gaudio operarius in agro? Quando attendit arborem, et fructum videt; quando attendit segetem, et frugum in area prospicit ubertatem: non sine causa laboravit, non sine causa dorsum curvavit, non sine causa manus attrivit, non sine causa frigus et æstum toleravit. Hoc est,

quod ait, *Ut cum gaudio hoc faciant, et non cum tristitia; non enim expedit vobis.* Numquid dixit: «Non illis expedit,» non; sed dixit: *Non expedit vobis.* Nam illi præsenti quando contristantur de malis vestris, expedit illis; ipsa tristitia prodest illis: sed non expedit vobis. Nihil autem nobis volumus expedire, quod non expedit vobis. Simul ergo in Dominico agro, fratres, bonum operemur; ut simul de mercede gaudeamus. (S. Aug., serm. LXXXII, tomo V, fol. 513.)

—Unde admonemus charitatem vestram, et vos exhortamur in Domino, præsenti contemnatis, fratres mei, quæ non vobiscum moriendo portatis: caveatis peccata, caveatis iniquitates, caveatis sæculares cupiditates. Tunc enim est fructus noster, in nobis integer, et merces nostra apud Dominum plena gaudiorum. Nam etsi dicimus quod dicendum est, etsi prædicamus quod prædicandum est, et solvimus nos apud Dominum in conspectu Domini, quia non tacuimus quod timemus, non tacuimus quod amamus, ut super quem venerit gladius vindictæ dominicæ, quid speculatori imputet non inveniatur; tamen nolumus mercedem nostram securam esse vobis perditis, sed vobis inventis. (S. Aug., serm. CCCLIX, tom. V, folio 1597.)

#### En el lenguaje del pueblo cristiano hay un gran fondo de sabiduría.

—Ipsa lingua popularis, plerumque est doctrina salutaris. (S. Aug., in Psalm. xxxii, enarratio II, n. 4, tom. IV, fol. 279.)

—Sed in eisdem tribus libris meis, non mihi placet toties me appellasse fortunam (lib. I, cap. I, nn. 1 et 7); quamvis non aliquam deam voluerim hoc nomine intelligi, sed fortuitum rerum eventum, vel in corporis nostri, vel in externis bonis aut malis. Unde et illa verba sunt, quæ nulla religio dicere prohibet, forte, forsitan, forsitam, fortasse, fortuito: quod tamen totum ad divinam revocandum est providentiam. Hoc etiam ibi non tacui, dicens: *Etenim fortasse, quæ vulgo fortuna nominatur, occulto quodam ordine regitur; nihilque aliud in rebus casum vocamus, nisi cujus ratio et causa secreta est.* Dixi quidem hoc, verumtamen poenitet me sic illic nominasse fortunam, cum videam homines habere in pes-



sima consuetudine, ubi dici debet: «Hoc Deus voluit,» dicere: «Hoc voluit fortuna.» (S. Aug.: *Retract.*, lib. I, cap. I, tom. I, fol., 585.)

**Gramática.—San Agustín.**

Atqui scias velim totam illam scientiam, quæ grammatica græce, latine autem litteratura nominatur, historiæ custodiam profiteri, vel solam, ut subtilior docet ratio; vel maxime, ut etiam pingua corda concedunt. Itaque, verbi gratia, cum dixeris, *cano*, vel in versu forte posueris, ita ut vel tu pronuntians producas hujus verbi syllabam primam, vel in versu eo loco ponas, ubi esse productam oportebat; reprehendet grammaticus, custos ille videlicet historiæ, nihil aliud asserens cur hunc corripi oporteat, nisi quod hi qui ante nos fuerunt, et quorum libri extant tractanturque à grammaticis, ea correpta, non producta usi fuerint. Quare hic quidquid valet, auctoritas valet. (S. Aug.: *De musica*, lib. II, cap. I, tom. I, fol. 1099.)

Quod vero ex illis ad id quod quærimus opus est, ne te, quæso, mater, hæc velut rerum immensa quædam silva deterreat. Etenim quædam de omnibus eligentur numero paucissima, vi potentissima, cognitione autem multis quidem ardua; tibi tamen, cujus ingenium quotidie mihi novum est, et cujus animum vel ætate vel admirabili temperantia remotissimum ab omnibus nugis, et à magna labe corporis emergentem, in se multum surrexisse cognosco, tam erunt facilia quam difficilia tardissimis miserrimeque viventibus. Si enim dicam te facile ad eum sermonem perventuram, qui locutionis et linguæ vitio careat, profecto mentiar. Me enim ipsum, cui magna necessitas fuit ista perdiscere, adhuc in multis verborum sonis Itali exagitant; et à me vicissim, quod ad ipsum sonum attinet, reprehenduntur. Aliud est enim esse arte, aliud gente securum. Solæcismos autem quos dicimus, fortasse quisque doctus, diligenter attendens in oratione mea reperiet; non enim defuit qui mihi nonnulla hujusmodi vitia ipsum Ciceronem fecisse peritissime persuaserit. Barbarismorum autem genus nostris temporibus tale compertum est, ut et ipsa ejus oratio barbara videatur, qua Roma servata est. Sed tu, contemptis istis vel puerilibus rebus, vel ad te non pertinentibus, ita grammaticæ pene divinam vim naturamque cognoscis,

ut ejus animam tenuisse, corpus reliquisse disertis videaris. (S. Aug.: *De ordine*, lib. II, cap. XVII, tom. I, fol. 1015.)

Sed earum solum de grammatica librum absolvere potui, quem postea de armario nostro perdi... Est autem grammatica vocis articulatae custos et moderatrix disciplina. (S. Aug.: *Retract.*, lib. I, cap. VI, tom. I, fol. 591.—*Soliloquiorum*, lib. II, cap. XI, tom. I, fol. 894.)

Puede consultarse varios pasajes de los libros de la *Doctrina cristiana*; por ejemplo, el cap. XIII del lib. II, tom. III, fol. 44.

**Perifrasis.**

Sócrates y Casiodoro se expresaron de una manera muy diferente que San Atanasio y el Nazianceno al referir la muerte de Arrio. Sócrates: *Hist.*, lib. I, cap. XXV, Colonia 1570.—Casiodoro: *Hist. tripart.*, lib. III, cap. X, tom. I, fol. 242.—San Atanasio, carta à los obispos de Egipto, etc., n. 19, tom. I, fol. 289.—San Gregorio Nazianceno, discurso XXI, tom. I, fol. 343, y discurso XXVII, fol. 409.

**Laconismo.**

Explica en qué consiste San Gregorio Nazianceno en una carta tan corta como bella, escrita à Nicóbulo, tom. I, fol. 717.

**Paréntesis.**

At ò Pascha, magnum inquam et sacrum Pascha, totiusque mundi piaculum! (te enim quasi vita præditum alloquar) ò Verbum Dei, et lux, et vita, et sapientia, et potentia (omnibus enim nominibus tui oblector.) O magnæ illius mentis soboles, et progressio, ac signaculum! ò Verbum intellectile, et homo aspectabilis, qui omnia potentiaæ tuæ verbo devincta portas, hanc velim orationem, non ut primitias, sed ut extremam fortasse oblationem nostram habeas, quam tibi duplici nomine offero, tum ut pro acceptis beneficiis tibi gratias agam, tum ut te supplicem rogem, ne ad sacras et necessarias curas, in quibus omnis vita nostra versata est, quidquam afflictionis adicias: ac corporis in nos tyrannidem (quæ,



quanta sit, vides, Domine, quamque me curvet), vel sententiam tuam, siquidem à te purgemur, sistas atque comprimias. Quod si, qualem expetimus, vitæ finem nanciscamur, atque in cœlestia tabernacula recipiamur, illic quoque tibi fortasse super altari tuo sancto grata sacrificia offeremus, ò Pater, et Verbum, et Spiritus Sancte; quia tibi debetur omnis gloria, honor, et imperium, in sæcula sæculorum. Amen. (S. Greg. Nazianc., Orat. XLII, tom. 1, fol. 618.)

Lo mismo puede observarse en la oracion XXXIV, fol. 473, y en otras muchas que no cito, porque à cada paso se encuentran en los escritos de este grande orador estos pequeños lunares.

#### Disyuncion y ayuntamiento.

Vinebant improbi, atque adversus Basilium exilium decernitur: nec quidquam eorum, quæ ad eam rem attingebant, desiderabatur. Nox aderat, in promptu currus, in plausu hostes, in luctu pii: nos parati atque alacris viatoris latus cingebamus: nihil denique, quod ad præclaram ignominiam spectaret, requirebatur. Sed quid accidit? Exsiliî decretum Deus rescindit. (S. Greg. Nazian.: Orat. XX, tom. 1, fol. 317.)

Quid est enim aliud quod per Prophetam dixit: *Ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi plebs*; nisi: Ego ero unde satientur, ego ero quæcumque ab hominibus honeste desiderantur, et vita, et salus, et victus, et copia, et gloria, et honor, et pax, et omnia bona? Sic enim et illud recte intelligitur, quod ait Apostolus, *ut sic Deus omnia in omnibus*. Ipse finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic actus profecto erit omnibus, sicut ipsa vita æterna, communis. (S. Aug.: *De Civit. Dei*, lib. xxii, cap. xxx, n. 1, tom. vii, fol. 801.)

En el n. 16 del cap. iv de la carta CXXXVII de San Agustin, tom. vi, fol. 523, hay bellos modelos de DISYUNCION.

#### Utilidad de la lectura de buenos modelos y del estudio de la gramática.

Si autem ipsius linguæ nostræ aliqua verba locutionesque ignoramus, legendi consuetudine audiendique in-

notescunt. Nulla sane sunt magis mandata memoria, quam illa verborum loquutionumque genera quæ ignoramus; ut cum vel peritior occurrerit de quo quæri possint, vel talis lectio quæ vel ex præcedentibus, vel consequentibus, vel utrisque ostendat quam vim habeat, quidve significet quod ignoramus, facile adjuvante memoria possumus advertere et discere. (S. Aug.: *De Doctr. christ.*, lib. ii, cap. xiv, tom. iii, fol. 45.)

El Santo Doctor observa la importancia de la gramática en el lib. ii del *Orden*, cap. xi, fol. 1011: reconoce en este arte una fuerza casi divina en el cap. xvii, folio 1016.

Más adelante, en la leccion XXVIII, copiaremos algunos pasajes de San Agustin, en los que se recomienda el estudio de buenos modelos.

#### El conocimiento del lenguaje figurado es útil y aun necesario para la inteligencia de la Sagrada Escritura.

Sciant autem litterati, modis omnibus locutionis, quos grammatici græco nomine tropos vocant, auctores nostros usos fuisse, et multiplicius atque copiosius, quam possunt existimare vel credere qui nesciunt eos, et in aliis ista didicerunt. Quos tamen tropos qui noverunt, agnoscunt in Litteris sanctis, eorumque scientia ad eas intelligendas aliquantum adjuvantur. Sed hic eos ignavis tradere non decet, ne artem grammaticam docere videamur. Extra sane ut discantur admoneo, quamvis jam superius id admonuerint, id est, in secundo libro, ubi de linguarum necessaria cognitione disserui... Istorum autem troporum non solum exempla, sicut omnium, sed quorundam etiam nomina in divinis Libris leguntur, sicut allegoria, ænigma, parabola. Quamvis pene omnes ii tropi, qui liberali dicuntur arte cognosci, etiam in eorum reperiantur loquelis, qui nullos grammaticos audierunt, et eo quo vulgus utitur, sermone contenti sunt. Quis enim non dicit, sic floreas? qui tropus metaphora vocatur. Quis non dicit piscinam etiam quæ non habet pisces, nec facta est propter pisces, et tamen à piscibus nomen accepit? qui tropus catachresis dicitur.

Longum est isto modo cæteros persequi: nam usque ad illos pervenit vulgi locutio, qui propterea mirabiliores sunt, quia contra quam dicitur significant, sicuti est quæ appellatur ironia vel antiphrasis. Sed ironia pronuntia-



tione indicat quid velit intelligi, uti cum dicimus homini mala facienti. Res bonas facis: antifrasis vero ut contraria significet, non voce pronuntiantis efficitur, sed aut verba habet sua, quorum origo è contrario est, sicut appellatur lucus, quod minime luceat; aut consuevit aliquid ita dici, quam vis dicatur etiam non è contrario, veluti cum quærimus accipere quod ibi non est, et respondetur nobis, Abundat; aut adjunctis verbis facimus ut à contrario intelligatur quod loquimur, veluti si dicamus. Cave illum, quia bonus homo est. Et quis talia non dicit indoctus, nec omnino sciens qui sint, vel quid vocentur hi tropi? Quorum cognitio propterea Scripturarum ambiguitatibus dissolvendis est necessaria, quia cum sensus, ad proprietatem verborum si accipiatur, absurdus est, quærendum est utique ne forte illo vel illo tropo dictum sit quod non intelligimus; et sic pleraque inveniuntur quæ latebant. (S. Aug.: *De Doct. christ.*, lib. III, capítulo XXIX, tom. III, fol. 80.)

Nam ubicumque velut aliud dicitur ut aliud intelligatur, etsi nomen ipsius tropi in loquendi arte non invenitur, tropica locutio est. Quæ cum fit ubi fieri solet; sine labore sequitur intellectus; cum vero ubi non solet; laboratur ut intelligatur, ab aliis magis, ab aliis minus, sicut magis minusve dona Dei sunt in ingeniis hominum, vel adjutoria tribuuntur. Proinde sicut in verbis propriis, de quibus superius disputavimus, ubi res ut dicuntur intelligendæ sunt; sic in translatis quæ faciunt tropicas locutiones, ubi aliud ex alio intelligendum est, de quibus hucusque quantum visum est, satis egimus: non solum admonendi sunt studiosi venerabilium Litterarum, ut in Scripturis Sanctis genera locutionum sciunt, et quomodo apud eas aliquid dici soleat vigilanter advertant, memoriterque retineant; verum etiam, quod est præcipuum et maxime necessarium, orent ut intelligant. (S. Aug.: *De Doct. christ.*, lib. III, cap. xxxvii, n. 56, tomo III, fol. 88.)

El Santo Doctor se ocupa frecuentísimamente en la explicacion del lenguaje figurado, en sus libros *De la Doctrina cristiana*; el III está casi exclusivamente consagrado á esta materia; véanse con especialidad los pasajes siguientes: lib. II, cap. X, tom. III, fol. 42.—Capítulo XVI, fol. 46.—Lib. III, cap. V, fol. 68.—Cap. X, n. 14, fol. 71.—Cap. XV, n. 23, fol. 74.—Capítulos XXIV y XXV, fol. 78.

En el libro IV analiza como buen maestro muchos pasajes de la Sagrada Escritura, y observa con este motivo varias locuciones figuradas y trópicas. Puede consultarse también el n. 24 del cap. X, del libro *Contra mendacium*, donde el Santo Doctor hace mencion de muchas figuras retóricas. (Tom. VI, fol. 532.)

In Heptateuchum libri septem. (S. Aug.: tom. III, folio 485.) En estos libros, como hemos dicho, observa el Santo Doctor muchas locuciones figuradas.

#### Lenguaje natural, figurado y trópico.

Propria dicuntur cum his rebus significandis adhibentur, propter quas sunt instituta... Translata sunt, cum et ipsæ res quas propriis verbis significamus, ad aliud aliquid significandum usurpantur. (S. Aug.: *De Doct. christ.*, lib. II, cap. X, tom. III, fol. 42.)

Jacob erat non fictus; sed vafrum et malignum vicit Esau. *Nam in pravam et malignam animam non intrabit sapientia. Omnis amaritudo tollatur à vobis*: ne maneant quidem reliquiæ. Nam si hoc motum fuerit, solet ut ab aliqua scintilla integrum intus excitare rogam. (S. Joan. Chrys.: in Epist. ad Ephes., hom. XV, n. 2, tom. XI, folio 112.)

Magna præcavisti, de minutis, quid agis? An non times minuta? Projecisti molem, vide ne arena obruaris. (S. Aug., Enarrat. in psalm. xxxix, n. 22, tom. IV, folio 448.)—Ista omnia si colligantur contra nos, num iteo non premunt, quia minuta sunt? Quid interest, utrum te plumbum premat an arena? Plumbum una massa est, arena minuta grana sunt, sed copia te premunt. Minuta sunt peccata: non vides de guttis minutis flumina impleri, et fundos trahi? Minuta sunt, sed multa sunt. (S. Aug.: serm. LVI, cap. IX, tom. X, fol. 383.—La misma idea expresa el Santo en el cap. XI del sermón IX, fol. 88.)

#### LECCION XXIV.

##### De la descripcion.

Legi orationem tuam, ò sapientissime, et valde admiratus sum. O musæ, et litteræ, et Athenæ, qualia largimini vestris amatoribus! Quales fructus fuerunt, qui per